

gitur, quamquam litterarum commercium cum exte-
ris, aut distantibus, cum per Veredarios publicos
fovere, prohibuerit res angusta domi, nam inter
tot Epistolas ab eo fere in viciniam vel per alias,
vel ultra commeantes missas, paucae sunt cursu pu-
blico delatae. Ex patris scriptoribus synchronis
complures Gabrielem nostrum in operibus a se typis
editis debita condecorarunt laude, horum nos ali-
quos, nam non omnes, ex solum adferemus causa,
ut illum, ruri licet agentem, non penitus ignotum
latuisse comprobemus.

1) *Matthias Belius* vir inter nostros longe ce-
leberrimus candide fatetur se multa Kolinovicis
debere in *Notitia Ungariae Noces* Tomo II. de-
scriptione Comitatus Poson. Poss. Nagy-Senquicz.
pag. 191. Not. 2) sequentibus verbis: „Ga-
briel Kolinovic vir eximie doctus, lautioreque
fortuna dignissimus, haec nos, & alia plura libe-
raliter condocuit, quod ei libentes, non minus,
quam grati, in acceptis referimus.“

2) *Leopoldus Fischer* Sc. J. in *Notitia Urb.*
Vindob. ubi de populis in Ungaria Bassestrabet
dictis agit, refert opinionem Gabrielis Kolinovic,
quem *Eruditum agricolam* vocat, quod illi ex
Bosnia prodierint, rectius itaque *Bosnetroet* ap-
pellandi sint. Juvat hoc loco monere vocem *Agri-
cola* Kolinovicis nimis crude a multis tribui, tra-
dique cum propriis manibus agros vineasque, ac
rus universam ex professo coluisse; quod forte ali-
quando in pueritia a patre, ut indomitum filii
caput emolliret, adactum egisse facilius concessi-
rimus, ac Virum jam, his laboribus manus oc-
cupasse, uti nos nunquam meminimus, ita ratio
munerum, operumque litterariorum ejus credere
non sinit, quod itaque non nulli tradunt, illum
se vidisse una manu aratrum regentem, altera li-
brum tenentem, legentemque simul & arantem,
id fortassis aliquando animi, valetadinisque causa
fecerit, aut certe ad augendam admirationem ex-
cogitatum sit, nam & nos cambuca, vel securi

subtiliore armatum, in vineis vitiferas vites ex-
stirpasse, vbi arbores repurgasse non raro comites
vidimus. Appellatio itaque Agricolae Gabriell ex
eo tantum adhaesit, quod ruri constanter doge-
ret, ac oeconomiam ruralem ipse inspiceret. Haec
monenda habuimus, non, ut rusticationis igno-
miniam ab eo removeremus, nam illa Philosophos
etiam, & viros nobiles non dedecet, sed ne il-
lites appellationes crude ideo, & materialiter in-
telligantur.

3) Cl. Tomo Szafsky in edit. *Illyrici Vet.* &
Nov. Car. da Fresno, Tract. Poster Cap. VI. p.
800. & 101. Not. 1. & 2. citat Gabr. Kolinovic
Heroes Ung.

4) Nic. Schmitt S. J. in *Insp. Otomanicis*
Tom. II. p. 445. Not. A. provocat ad Gabr.
Kolinovic Posthumam memor. Com. Joseph. Es-
terhazy.

5) Cl. Georgius Pray celeberrimus Annalium
Hung. Scriptor nomini Gabrielis nostri suis in
operibus iterato locum dedit.

6) Franc. Car. Palas later Patriae Historicon
non postremus gloriatur in *Specimine Herald R.*
H. L. I. C. IV. pag. 26. Not. 9. Kolinovicium
suae ad stipulari sententias.

7) Joas. Serrini in *Cassell. Hist. Hung. Part.*
Poster. Edit. secundae p. 250. Not. 22. provocat
ad Gab. Kolinovic Rerum Ung. Lib. I. & pag.
*269. Nota * ad idem MS.*

8) Cl. Ant. Gaeocy memorat Kolinovicium
in *Dispunctione Diatribae pag. 440.*

9) Broad, Ciste & Schol. Pils ejusdem autori-
tate utitur in *Profas. ad Siam. Impol. adferat*
pag. X. & XI.

10) Alexius Horenyi in *Memor. Hung. Part. II.*
pag. 408. brevem de G. Kolinovic, ejusque scri-
ptis refert memoriam, vocatque eum virum patriae
suo tempore peritissimum.

11) Anstentius Simonides a contubernale modo
relatorum duorum scriptorum in *Differt. de Cista,*

vel illis credidit, vel ad explodendam eorum jaſantiam retulit: primo caſu idem dixiſſet, quaſi vel in his celeberrimis familiis barbaries deprehenderetur, quod eſſet impudentiſſimum; caſu ſecundo nimis quam aperte ſuam imprudentiam prodit, nam alias Gabriellis materna ſtirpe Paſmanianas eſſe natas verum eſt, unde tamen non illico ſequitur eas ex celebri illa Paſmaniorum ſtirpe descendere debere, licet verum eſſe poſſit, quemadmodum Sulzer aſſerere non poteſt omnes alios, qui hoc nomen gerunt, ſecum ex una ſtirpe descendere. Illud autem de domo Eſterhaſyana, homo iſte ad augendum cavillum de ſuo adjecit, ſive quod Epigraphen frontiſpicio domus Kolinoviſſianae inſertam legerit & non intellexerit, ſeu quod a Kolinoviſſianis beneficia ab Eſterhaſiis accepta grato animo celebrantibus aliquid male iſtorum intellectum audiverit.

Sed ſcire lubet, cur recte illae Kolinoviſſianae erudiſſimae & ſolidiſſimae in toto pago per Sulzerum appellentur? aliae igitur puellae ruſticorum politiones fuerint? cur ita, cum tamen praefumantur iſtae penes patrem, & illos, qui hunc ſaepe inviſebant cultiores fieri potuiſſe? ſi ſe tam illuſtrium familiarum poſteros ſcribant, oportet eas ceteris cultiores fuiſſe, nam puellae ruſticae raro ſcribere ſciunt, & ſi pater nobilis erat, quo modo aliae ruſticae puellae per Sulzerum factae ſunt? Pauperes erant, forma, ſive a natura negata, ſive increſcentibus annis perdita non praestabant; & ſevera patris diſciplina nuper emancipatae, meribus equidem procaces non erant, ſed certe neque adeo crudeſ uti Sulzer narrat, niſi ab illis exſpectaverit, ut quae manuali labore vivunt, crines cyprio pulvere conſpergerent, aut coſmeticis uterentur.

Gabrielem Virum nobilem avitam curiam poſſideſſe, eamque incoluiſſe, rurali quidem, ſed elegantiore cultu reparatſe, quin Epigraphae marmoris inſculpta ornate, in ejus vita vidimus, quo igitur veritatis amore, niſi ad augendum contentum domum hanc Sulzer *Caeſam ruſticam* appellat? atqui

teste Korabinskio ipse quoque, qui se Kolinoviciana vicinum fuisse fatetur partem operis de Transalpina Dacia in ea domo scripsit, quae nihilo elegantior Kolinoviciana fuerat, poterat igitur & de se addere: ich sperrte mich hier auch in eine Wanne hätte ein, schmiedete Tag und Nacht Sachen von den Wallachen, denen ich in meinem Dache so viel Arbeit nachgeredet, daß ich mich dahin nicht anders getraute, als mit dem Umsich, da mir die Wallachen nicht schenken konnten. C. 54.

Quod Kolinovics de bello Kuruczonico scripserit, id quoque Sulzer, ut cetera, ex relatione vulgi duntaxat, ideo imperfecto adeo refert, nec istud quidem, quod hic in tenebris palpat, de bello solum Kuruczonico, quo tamen tempore potius *Marcantenti* appellabantur, sed de omnibus gestis ab anno 1700-1710. alia ejus opera penitus ignoravit. Id vero quod haec, de bello scilicet Kuruczonico scripta nunquam typis exprimi mereantur, uti Sulzer iudicat, impudentissimum est, quo modo enim de opere tibi nunquam viso, minus lecto & si legisset, Intellecturus certe non erat temere adeo judicare potuit? Nos illud vita comite edemus, lectoribus iudicium relicturn, an imprimi dignum fuerit. Id quoque quod subjungit: Kolinovicium post obitum inter Catholicos Ungaros esse IUMEN ECCLESIAE quod suspicamus, nisi in neglecta Bibliotheca Benedictinorum S. Martini laecest undiquaque putidum est; vita comite celeberrimum fuisse, paulo ante testimonio ostendimus, Bellius, Seafakius, Severinius, Korabinskus Vagari quidem, non tamen Catholici fuerunt, & Viri profecto digni, coram quibus Sulzer tam profunde caput inclinaret, uti Abbati Rheinaulensi pag. 81. & tamen Kolinovicium adhuc ante ejus obitum ornarunt encomiis, adeoque jam tum in eorum operibus lucebat, nec ullus erat qui eum contemptus haberet, praeter Sulzerum, qui maxime illius violatum ibat, & nescio qua argutiae ostentatione *Iumen Ecclesiae* vocat; sero profecto Sulzer Senquicium venerat, ferre Candelabri vicem indicere potuisset dum ipse

arboris sancti aesciae Divinis aderat uti Senquicentenses devotioni ipsius testimonium perhibent, longe alio exemplo morum & pietatis prae lucebat Kolinovico populo.

Postremum, quod refert Sulzer, Bibliothecam Kolinovicianam Benedictinos ab haeredibus pro 100 Imperialibus Taleris extorsisse, itidem vel crassus error est, vel inurbana calumnia, vidimus enim in ipsius Biographia Kolinovicium adhuc vita comite supellectilem suam librariam Benedictinis sponte tradidisse, ab illis quoque 12. diebus priusquam Kolinovico moreretur etiam ablatam esse, ac denique illum in ultimo vitae articulo coram Parocho loci in conscientia contestatum fuisse, libros se pro libris relinquere non posse, vidimus Benedictinos nulla conditione obligatos fuisse, sponte tamen non solum aegrotantis omnem curam gessisse, ac demortui funus splendide apparari curasse, sed etiam pro anima illius merito copiosa suffragia obtulisse, ac denique viduae haeredibusque sponte itidem non solum absque via juris, sed extra obligationem etiam paratae pecuniae aliquid solvisse, nihil proinde ab illis admissum, quod extortionem sapiat, imo intum ita actum fuisse, uti praeclaros Religiosos decebat. Recipiat igitur Sulzer plaustrum suarum calumniarum, & vadat suas vias, postquam cum aliis, tum etiam sequente opusculo.

15) Herr Baron Eysler Anmerkungen über H. J. S. literarische Reise 1783. egregie deperus est, in quo pag. 68. & Gabriellae Kolinovices vindicata est contra ejus discessitatem memoria, de qua etiam ad posterum cum honore transmittenda inter Clarissimos Viros nobilem J. Gottl. de Windisch & Dan. Cornides coram alia agitata fuisse, a Viro utriusque amicissimo acceptam, quorum posterior in se provinciam scribendae Biographiae Kolinovicianae suscepit, egregie more suo excolendam, nisi mors intempestiva praevenisset, ante quam Muscum Kolinovicianum a Monte Pannoniae in Bibliothecam Universitatis, ejusdem cathedrae conceditam, Pestae

num deferretur; Ideo nos jure vicinitatis & amicitiae pro modulo nostro hacce Commentatione id ipsum praestare conabamur.

APPENDIX.

CUM argumentum Commentationis meae Sectione I. pertractatum P. Josepho Jakosich Viro illustribus olim majoribus ordo, nuper munere Prioris Provincialis Ord. S. Francisci Provinciae Boenae Argentinae suus Inter sancto, non solum divite penu litteraris proprio Marte instructo, sed multiplici etiam eruditione subacto, moribusque suavissimis perpolito pro more meo recenserem, quae civit ex me, inquam tandem sententiam de origine Croaticarum Coloniarum in Hungaria post collationes historicas propenderem, reposui mihi verisimillimum videti & studiosorem saltem populi originem ex partibus Boenae atque Dalmatiae repetendam esse, quin tamen negem Croatas quoque, apud quos intermedio tempore egerint, se illis ultro mig.aturis adjunxisse, itaque populum univ.ersam ex Boenia, Dalmatis & Croatia advenisse, singularum tamen familiarum originis patriam difficillius defini posse, cum bellorum tempestate sedibus evertis universa poene litteraria monumenta interierint. Primum quidem illud dialectum ipsam citra longam disquisitionem historicam alioquin sufficienter indicare, speroque mihi esse, ut aliquando legitimis e fontibus uberius illustrare possim, Boenenses autem semel jam sedibus patriis sine spe recuperandarum eorundem oculos praes Croatis patrio solo utcumque adhuc securis ad partes nostras emigrasse, res ipsa loquitur, cum illis suorum clade perculsis potior sedibus securiorum, etiam remotarum cura, quam assolis gentis vicinae, periculo proprio-

ris communitio fuerit. Jakoffichius Diplomatum Intero-
ritum non distebatur, quin & accuratius fata per-
censebat, non deesse tamen sibi permulta huius argu-
mento deservitura, quas favente fortuna oblivioni
surrupisset; nec difficilis obsecranti suppeditanda pro-
misit, atque, uti permultos jam Patriae Scriptorum
ditavit, mox etiam praestitit, quod subjungo:

Martino, Josephus S. P.

Indiculum vetustatum fortuito a me reportum,
Nobilium olim, in Regno Bosniae fama, sanguine,
& avita fortitudine existentium, tibi V. Cl. lubens
transmitto. Compiler quis fuerit, me fugit, ominor
eum Alumnum Ord. S. Francisci Provinciae Bosniae,
vitam Religiosam in Conventu S. Spiritus Foinice vi-
xisse, qui Conventus adhuc superstes, inclaruit, &
ante irruptionem Turcicam in Regnum Bosniae, a
Viris morum Innocentia conspicuis, quos inter P.
Angelus ab Herbosa seu Verbosa eminuit, cujus me-
moriam in Regno Bosniae usque in hanc diem pia ha-
betur. — Scriptum fuisse ad finem Seculi XV. pau-
cos nempe post annos, quo miserabili fato per *Me-
bemed Has* Sultanum, Bosnia devastata, & in tristo-
rudus celebriora loca, & coenobia redacta fuere,
ex eo convincor: recensens compiler fata tam so-
cunda, quam adversa Conventus supra nominati,
altum tacet, de miserabili direptione Conventus bar-
baro furore facta anno 1534 quo solo sequatus, re-
aedificatus subinde magnis impensis anno 1688. Haec
pro notitia MS. — In legendis nominibus adver-
tendum est Cb pronunciarum ut Cr, X legi et Z, O
initialiter positum, ut K. Budae Frid. Id. Jul.
MDCCLXXXIV.

Nomina Nobilium Regni Bosniae familiarum

Ordinis Alphabeti, desumpta ex MS.

Aglinich de Aglinich Oppido, seu Bebovaz.

- Atracsevich* de Oppido Pacsa apud Brochno
Alaupovich.
Barnacovich de Prodbilie apud Imotam.
Haxrovich de Zlenta inter Sultam, & Sergudia
 Zeyro.
Bacich de Servia.
Bazrovich de Bogosnicca inter Almidum & Ze-
 duariae.
Bilicovich de Rano apud Mostar.
Bogostinovich Comites de Blagai in Bosnia.
Bergelyb Comites de Villa Padumias minori,
 & majori in territorio Cleunas.
Boxrovich de Glamoce.
Bibic de Vascovo apud Mideno Berdo in Za-
 gozia.
Bogastinovich Com. de Popovo.
Brancovich de Riscza.
Bilevich de Bobovass.
Bisfalich de Dumno.
Brankovich de Jalesz Com.
Bioloperievich }
Boxichevich } In territorio Saraj.
Berniakovich }
Boropankovich }
 COLLONOVICH *) de Collese.
Cabrivic de Cetina, Cam. de Varlicza.
Cyfterovich de Biela in Campo Eleans.
Cacich de Makarska olim Barones de Agya in
 Superiori Hungaria.
Cesavich de Cetina.
Cetromagovich de Millassovo in Bosnia.
Cobilic de Tribichie secus Novi Bazar.

*) Typo diAingulmus speciminis causa quedam
 nomina, quae, & plura alia, praesertim mu-
 tata paululum Orthographia, cui libuerit con-
 ferre, Lesor inter Croatas Senquiescentes faci-
 le inveniet, argumentum ex illis quaecunque
 ad originem populi sumaturus.

COTARICH Com. de Rudina in Chelmo seu Ercegovina.

CRUXICH Bani & Duces, ac Marchiones Clissi.

CSTANICH de Primordia in Dervenich apud Zastrog.

CSTRICICH de Castriotti in Provincia An in Episc.

CRISTICH de Vigugni apud Pofusse.

CUTOVICH de Cofa, dicto, Cutlovich apud Cogales in Confinio Bosniae & Ercegovinae.

CIVICH de Riyane in Campo Cleunae.

CONSILIO alias Paulovich Com. de Trubinie, Popovo, & Sonangliae, proveniunt autem de Mostar.

COVACHICH de Villa ejusdem nominis in Campo Cleunae.

CHORICH apud Tucla in Bosnia.

CNEBICH eibz similiter in Tucla.

COPEICH de Xeronovizza in Rama.

COEVICH }

COVICICH }

COVACHICH }

CRAPINOVICH }

CHYLEVICH }

COEVOVICH }

COVACHOVICH }

CRAPINICH }

CRESTEVICH }

DIVOVICH de Zagaria.

DEBEVICH de Cacionich in Servia.

DEBRASHOVICH Vukovich in Nizich.

DUPARINOVICH de superiori Zenta in Epyro.

DIEPACH }

DASTOVICH }

DEBROTOVICH }

DIPNICHICH }

DIDLOVICH }

DEKOVICH }

DENOVICH }

ENSETKOVICH de Graovo.

FRANCOVICH }

FRANCOVICH }

Ex diversis locis Bosniae & Ercegovinae.

Omnes ex territorio Iajere

de Blach.

Gradanovich de Gorizza non procul ab anno
Cetina & Pleva.

Grbjanovich de Visconica in Servia Com.

Grabatovich de Gabella, seu Narenta.

Gargarichich

Gionich

Granik

Griabitich

Griabieffovich

Glavich

Ghiendifalich

Grudelinovich

Harvorovich de Cottar Banja Luca. Hi fuerunt

Duces spalati, & domini sunt Insulae Curule,
Luninae, & Braechae.

Hrabrovich de Banja Luca.

Jablanovich de Jablanica infra Dulman apud
nomen Narenta.

Jagorich de Jagoropoly's apud Coftanica &
Novi.

Jakich de Magno Belgrado.

Jinicich de Illich infra Mostar penna Buek.

JANKOVICH de Repnik.

Jevnich de Caplyna.

Jankomirovich de Sutiska.

JELICHICH) de Mostar.

Janosalich)

LUBKOVICH de Focca.

Lisychich de Zibenico.

Ljubetich)

Laticich)

Lorkich)

Loretich)

Mirilovich de Petrovo Polje, de Villa Miri-

lovich.

Morovich de Cleuna.

Morovich apud Zvornik & nomen Drina in

Boznia.

Micsevich de Smejerovo.

Marsovich de Campo Cleunae.

Martinassevich de Basko blato.

Matichevich de Basko.

Alar, nauchich

Mernachich

Morrovaschich

Mimencovich

Manoilovich

Alanitovich

Marnovich

Melinich

Mladienovich

Maralich

Morravich de Villa Kutlovich in Xaxable.

NOVAKOVICH de Xaxable.

Nimichich de Csarlieni apud Linbuski.

Nemagnich de Luka apud Xitmalilo penes Mostar.

Nebovich Bani de Much.

Oblachich de Lazarich in Basko.

Oravich de Blatnicze apud Brochno.

Ovuchevich de Tucla inter Olovo & Claden.

Pokrajichich de Pokrajichich inter Travnich & Vi-

snania.

Pavlovich de Tasovicza super Narentam.

Preclavich de Pristolis vulgo Seer.

Patrichich

Pomerzanovich

Pal Incha

Pivichlomenovich

Prelasovich

Rubrich de loco Ruchich, apud silvam Czaral-
vash in Erezegovina.

Ralovich de Ogorie sub monte Svilaj.

Radmirovich de Csargvicsa apud Foccam.

Rexich de loco Rexich apud Bobovacs.

Ral elovich de Foinicsa.

Ruxierovich

Ralovchovich } ex campo Saraj.

Sladovich ab Imotta.

Sudich de Polycza in Primorie.

Stankovich de Uvesovicza apud P.vam.

ex diversis partibus Bosniae,
Dalmatiae, Serviae & Erez-
govinae.

ex territorio Visoki.

ex campo Saraj.

Sitnichevich seu **Sitnichich** de **Cefovo Pello**,
Subich Com. de **Pribir** & **Oskovlessa** in **Libu-**
ria, a quibus familia **Comitum Zelniorum** in **Hun-**
garia provenit.

Starchevich de **Miltevo** in **Ercegovina**.

Seltokrevich de **Perasta** in **Bona Epyri**.

Svitlovich de **Smiderovo**.

Soimirovich de **Cognlessa** apud **amem Narenta**.

Sokolovich de **Glastinac** in **Campo Seralia**.

Svidovich de **Zoridich** apud **Rakitanica**.

Statonovich de **Boenia**.

Serachovich de **Srebro**.

Schrichich

Stokunovich } de **Blagal**.

Tomasevich vel **Tolcnovich** de **Stev** in **Erce-**
govina.

Tvertkovich de **Draslevo** in **Papovo**.

Tasvachevich }

Tiesnovich }

Targanovich }

Tolisch }

Tashnich }

in territorio de **Santa Luca**.

Voikovich de **Voikovichius Tereberich**.

Vilich ad **Gornj Vscup**, vulgo **Scopie**.

VUKOVICH, alias **Anastich** de **Gaberbona** in
Campo Cleunae.

Vukoslavich de **Garevo** apud **Rasto**.

VLASSICH ab Imperatoribus **Serviae Anastich No-**
magnich.

Vladimirovich de **Uferich** apud **Mostar**.

VUINOVIČ Com. de **Ustica**.

Vukotin }

Ustich }

de **Kluchich**.

UGAINOVICH de **Kluchich** supra **torrentem Cl-**
ella.

Xarkovich de **Racino** in **Xarabia**.

Xdralovich de **Lutika**.

Xapanovich de **Xapanovets** in **Dumae**.

Ximrahovich }
 Xilich } de Travnik!
 Xielkeovich }
 XANTICH }
 Zlatovcev et de Xabick supra amnem Moracievam
 Principes de Zenta & Montenegrinis.
 Zlatovitch de Zoronovich apud Saraj.
 Zebignos }
 Zevlatic } de Pristina in Bosnia.

173
 Sciendum est, quod omnes familias Regni Bos-
 niae non sint scriptae, sed solum illae, quarum Aem-
 mata reperta sunt, & a Turcico furore occultatae,
 ut in Conventu S. Spiritus Foinicae conservatae, Tur-
 cae enim quando Regnum Bosniae obtinuit, omnes
 memorias combussit, & Aemmata delevis, ac 10000
 Nobilium apud Jajice trucidavit.

Huc usque ad apicem MS.



ADDITAMENTA
A D
COMMENTATIONIS SECTIONEM I.


CAP. II. pag. 10. Series deteximus Senquicelli jam anno 1580. Hospites 8). Vial Urnas 1200. & Vinetis perceptis, quos inter Georg. Kolesch 52; Thomas frater illius 40. Thomas Calovich 36. Blasius Kovachich, Thomas Medovich, & Steph. Malich singuli 32. perceperunt luculento argumento quantum re ipsa primis jam 30. annis in Vinicultura profecerint.


Ibid. pag. 11. Cur avenam sat longo tempore ab initio Senquicalenses non seminaverint, causam esse putamus, quod pro economia sua non equos sed boves tenerint, quorum in plano eorum territorio hodieum plures interment, etiam propter formationis oportunitatem, nam ad annum 1615. diem 27. Aug. reperimus in Nagy-Senquics Hospites 49. & Inquillos 5. habitis universim 120. boves & nonnis 6. equos, in Kis-Senquics Hospites 13. Boves 28. Equos nonnis 4. eo. que cludos & caecos. Nullus tamen plures 4. bobus habebat. Aestimatur autem Status economiae plerumque a numero pecorum jugalium.

Cap. IV. Pag. 92. Epigrapha Sigilli: **OPPIDI SENQUICZ** non temere insculpta fuerit; plus enim, quam pagum simplicem Senquicalenses Coloniam suam semper aestimarent. Nos in Inquisitione quadam per Vice-Judicem Nobilliam Comitatus Pafon, peracta Subscriptionem legimus: *Datum in Oppido Senquich die 5. Jan. 1615.* Item in illa Hungarica idiomate, uti prior erat, ad quam provocatur scripta

recurrat in textu: Chat bogi VAROS PECHTEL —
 nem volt meg evéltse, subscriptio: Datum in Oppido
 Szentmiklós d. 17. Jan. 1615. Barthol. Beth V. Ju-
 dices — Item nos Nic. Rebuslich Judex Oppidi Sen-
 tniklós, nec nos 12. Seniores Mejl, tota Communitas
 Oppidi Szentniklós. Vox Vxor Civitatum vel Oppidum
 significat.

Ibid. pag. 33. Inter Calamitates Sequelien-
 sum referendae sunt oppressiones, quas a conde-
 scendente ibidem militia germanica perpetratae sunt in
 fine Seculi XVII. de qua acerbas querelas ad Co-
 mitem saepe detulerunt, migrationem comminanti,
 nisi per Leop. Peck praecipuum suum Praetorem
 sublevari, et amitti iussent.







*Eques Templarius
dorsum ex originali in Bibliotheca
Bodleiana Londini existente.
v. 1. fol. 1. p. 1.*



GABRIELIS KOLINOVICS

SENQUICZIENSIS

CHRONICON

MILITARIS ORDINIS EQUITUM

TEMPLARIORUM

E

*Bullis Papalibus, Diplomatum Regis,
ceteris Instrumentis publicis, tum coar-
vis; aliisque prebatissimis scriptoribus
collectum.*

LIBRI III

CLEMENS PP. XIV.

In Bulla, quae incipit: *Dominus de Redemptor Noster Jesus Christus* edita Romae die 21. Jul. 1773. §. 6.


Clemens Papa V. per suas sub plumbo VI. Non. Maji anno Incarnationis Dominicae 1312. expeditas Litteras Ordinem Militarem Templariorum nuncupatorum, quavis legitimo confirmatum, & alias de Christiana Republica adeo praeclare meritum, ut a sede Apostolica insignibus beneficiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, licentiis cumulatus fuerit, ob universalem diffamationem suppressit, & totaliter exstinxit, etiamsi Concilium Generale Viennense, cui negotium examinandum commiserat, a formali, & definitiva ferenda sententia censuerit se abstinere.


AD LECTOREM.

UT descriptionem hanc universam sub conspectu, velut in Tabella habeas, ipso apparet ex titulo, per me divisa in Libros tres. Primo eorum leguntur occasio, & causa suscipiendi moliminis de militari Templi Equitum Ordine, cujus exordia, quia Jerosolymae debentur, fata Urbis, Templique Salamonici, a quo iis nomen, perstringo ad annum usque Christi **CI^oCVIII**: confirmationem, Regulam, Insigne, gesta ad annum **CI^oCXCIX**. inclusive persequor. Secundus eadem ulterius a **CI^oCCI**. ad **CI^oCCCVI**. Ordinis **CLXXXIX**, & scelera Templariorum. Motum contra ipsos, condemnationemque ac exitum octennio ad annum **CI^oCCCXIV**. secuto Tertius Libri denarrant. Magni Magistri duo ac triginta interspersi suis locis, uti primus Hugo de Paganis non abs encomio principia, sic postremus Jacobus Molayus vivus injectus flammis, perniciem Instituto dedere. Annorum Christi seriem, ac Ordinis secutus, cujuslibet sine, unde praecipua quaeque delumta, sic tamen, ut primas coaevis merito suo tribuerim, Auctores addo; scripsere namque Gulielmus



Tyri verustae Phoeniciae Urbis Archiepiscopus, ac Regni una Jerotolymitani Cancellarius, mihi univoce Tyrius, & Rogerius Hovedenus Oxoniensis apud Anglos Academiae Professor florente adhuc Ordine Templi, tum eodem, & Regr.o simul declinantibus Mathaeus Parisius Ordinis S. Benedicti, ac Jacobus Vitriacus Ptolemaidis primum, Tusculi dein Praesul, & Cardinalis. Ipso postea Templi Equitum sub interitu Religiosos professi Ordines Amalricus Augerius S. Benedicti, ac Albertinus Mussaus. Viri pro suorum ratione temporum literatissimi. Posteriorum tandem Petro Puteano Regiae Galliarum Bibliothecae Praefecto, qui publica Instrumenta haud pauca textu integro in sua Templariorum condemnatione protulerit, nemo suppar. cur vero ceteris recenseam?





signa sunt omni modo certissima, quae
hinc illa multa multa non sunt.

GABRIELIS KOLINOVICS
SENQUICZIENSIS
CHRONICI EQUITUM
TEMPLARIORUM

LIBER PRIMUS.

IN Spectatissima Literarum Corona per-
culos ante annos inexpectata nos laceſſive-
rit quaestio: nam Ungaria summa strictus,
ea nimirum, quam Ungari post tertium
suum e Scythia sub septem ducibus egreſ-
sum utroque Danubii latere possessam a se
denominant; regio unquam habuerit Tem-
plarios, quos utque in Illyrico, marisque
Adriatici ora ob navigandi opportunitatem
egisse, indigentiam nemo dubitaret. Quaes-
tioni quidem huic respondeo pedestri

4 CRONICI TEMPLARIORUM

ut occurreremus mox, tum in proclivi non erat; adactus tamen una stimulus perreptandarum Tyrnaviæ, Posoniique Bibliothecarum, dum quidpiam otii perangustæ domi rei familiaris cura indulgebat; Bullæ sic Pontificiæ, Regum Diplomata, Instrumenta publica alia, auctores quin imo dein supra ducentos non inspecti solum cum illis, sed qua rem Templaris militiæ pertractabant, etiam exscripti, ut moles bene magna surgeret Annalium nomine, de quæis coagulum isthoc producimus novo conatu, quod ad virtutis amorem, horrorem vitiorum faciem præferret lectoribus, quo se perpetim exercent Scriptorum ingenia, munus non indignum existimemus, & constet omnibus, exemplis, juxta illud: *Verba movent, exempla trahunt*, humanos formari mores, prudentiorum sensu, ac verbis, non paulo efficacius. Gestarum narratio rerum, Theatrum sæpius partem omnem elegantissimum exhibet, quo justitiæ superæ bilanz, sed ad præmia virtuti, sive ad decernendas improbitati poenas proclivem mortalium se spectandam oculis præbuerit, sed si usquam alias, tum certe in Templariorum virtutum studium gloria, opibus, & estimatione pæne ad invidiam Orbis florentium, dein ubi degeneravit, turpi sublatorum exitu, vicissitudine.

Patria celebratissima hujus militiæ, & locus natalis est Urbs JEROSOLYMA, nos

Syriae duntaxat, Palaestinaeque, aut orientis totius maxima olim & illustrissima. Semus primogenitus Patriarchae Noe, Melchisedechi nomine, juxta Hebraeos ne Divo quidem Hieronymo, & reliquis nostris Sacrum generis antiquitatum improbatos, ac e recentioribus Joannem Carbonem, haec loca incolens prima Urbis tum Salem, dein Solymae dictae, super monte Acra, qui nonnullis pars Moriae, jecisse creditur fundamenta, productisque in geminos ultra quina Secula post diluvium annos, vivendi spatii Regia una, Sacerdotique functus dignatione.

Moyfes Boraffus Syrus non postremi Scriptor nominis, ait insuper Adami Caput Semi opera in Golgotham ab eo indubie dictum Calvariae montem pro sepultura delatum. Quod Paris Sortitione acceperit, cum iis exenta Sepulchro Hebrone, & Arcae illata Protoparentis ossa, subsidentibus Diluvii aquis egressus eadem in filios partiretur. Sive igitur Semus fuerit, seu aliorum asserto Chananacus quispiam Regulus, cui Melchisedechi nomen sacra imposuit pagina, Abrahamo non cognatum saltem, sed & amicum fuisse oportet, ut cui a Victoria contra quatuor Reges Assyrios, Persas, Babylonios reduci Anno Mundi II. cxcviii. Vinum, Panemque in monte Regio secus Solymam portarent,

4 CHRONICI TEMPERARIORUM

parte spoliis decima grati animi testimonio ab eodem donatus.

Moria porro mons urbe Salem nondum clausus, dumisque coopertus, ac vepribus sufficientem praebuit solitudinem, Abrahamo filium A. M. II. CIOCLXIII. immolaturae necessariam, loco illo, cui urbe Josepho Templum deinde a Davide Rege designatum, superstruebatur per Salomonem; quam quidem immolationem Isaaci, Jacobus Tisius sacrae paginae interpretis egregius, & alii nonnulli ad montem Calvariae transferunt. Melchisedechno vita functo per longissima tempora Urbs paruit Chanaanais, seu Jebusaeis a Jebus filio Chanaan dictis nata ex iis nomen Jebusalem, subinde mutatis litteris forte per Graecos Jerusalem, Latine Jerosolyma, aut cum aspiratione Hierusalem, Hierosolyma cujus Regem Adonisedechum Gabaonis obsidione depulsum licet A. M. II. CIOCLXXXIV. Josue cum sociis quatuor Regibus captum cruci appenderit, nec ipse victor, sed neque Tribus Benjamin, in cujus sortem sub terrae Chanaan divisione post quadriennium A. LXXXIX. cesserat, Urbem subigere poterant, quoad Regi Davidi viro secundum eor Dei Sion arx munitissima pars urbis, in cujus muros Jebusaei coecos, claudos, mancos, aliterque defectuosos duntaxat, per contumelianam exposuerant, A. M. II. CIOCCCCCLXXXVIII. succumberet,

qui productam muris propugnaculisque cin-
gebat saxeis, quin his montem Moriam
pariter aperta penes eundem in declive
vallis Josaphat, contra Austrum & Meri-
diem porta, seu Ephraim dein, five S. Sre-
phani dicta, includebat sic, ut vetus Sa-
lemi florentis Jerosolyma istius partem con-
stitueret Septentrionalem, Sion autem, &
Jebusaeorum civitas, Orienti opponeretur,
Calvariae mons extra urbem maneret con-
tra Occasum, neque ab eo procul distaret
alter Gibon dicitur.

Hunc fere montem situm nos docebat
Michael Pexenfelderus, dissidentibus tamen
aliis, aut subtrahendo situm, aut eundem se-
cus designando. Nicolaus enim Christopho-
rus Radzivillus ait tres montes urbe clasos, Si-
onem, Regium, Moriam, oppositum monti
Olivet trans Cedronis in Valle Josaphat
torrentem. Caccia secus Sionem statuit me-
ridiana Urbis plaga, Acram occidentali in
quo Civitas inferior, septentrionali Beze-
tham, seu Bedesam nova Civitate infestum,
Moria nostro Iginus. Pexenfelderus meri-
diem, Caccia orientem videntur reliquisse.
Joannes Saubertus assignat septentrionem.
Caccia adspiciantur Joannes Cantus Soli-
cus montem Oliveti collocans orientali Ur-
bis parte, distusque Radzivillus Moriam
vicissim objectum ajens Olivetano; Jacobus
Judas, Leo Hebraeus de Templo Jerosoly-
mitano Par. II. Lib. II. Cap. II. montem

6 CHRONICI TEMPLARIORUM

Olivarum objectum templi monti ab oriente diserte affirmat, nec hæsitans.

Ex his igitur omnibus eruere licet, Moriam cum Templo ab oriente in austrum Sionem voragine Mello sejunctum a priore, qua civitas superior, Acram in septentrione, ab occasu Golgotham, seu Calvariaz collocandos. Advertendum tamen Tiri-no, & Pexesfeldero Moriam sumi latius, & Sionem, Acram, Golgotham, ejus colles, partesque, ipsam porro ob prospectum late patentissimum terram visionis nuncupari. Hæc de montibus Jerosolymæ prolixius, ut geminus Moriaz situs deprehenderetur.

David ergo Arca Fœderis anno subsequo illata Sioni, Urbem auctam sedem constituit Regiam totius Israelis, si non A. M. III. cix. relictis hic Juda, & Benjamin Tribubus denas reliquas Roboamo Salomonis patris sapientissimi, filio insipientissimo Jeroboamus eripuisset, gravem Jerosolymæ minitabatur cladem A. M. III. cccccxv. Senacheribus Assyriorum Rex quam tamen Ezechiaz Regis pietas; Deus Angelus hostis in caput retorquent cxxxv. cto. armatorum unica nocte deletis. Impius iterum Ezechiaz filius, ac quod reperuisset Babylone cum suis remissus Manasses non veteres tantum A. M. III. cccccxv. reparat muros, verum & novas addit turres altissimas, ceteraque numimenta erigit.

Nabuchodonosor Assyriorum Rex magno cum exercitu cingit urbem, sic tamen, ut terrere potius, ac evertere velle videretur Eliacimum, seu Joachimum Regem; his igitur altero A. M. III. ccccxxxvi, dolose deceptus foedere Nabuchodonosorem Urbe recipit, aut interfectus suscepto filio Joachimo live Jechonia post trimestre statim cum Urbis templique Opibus abducendo Babylonem, cui Mathanias pater Sedecie nomine succedebat, at cum defecisset Urbs A. M. III. ccccxxiv. per Chaldaeos obfessa, Aegyptiorum ex foedere accursu liberatur. Sed novum sequente anno a Babylonis obsidium gravius XLVI. anno fames reddit, ac lues, cum ne humane quidem carni parceretur. Capiuntur Jerosolyma, & ex eadem fugiens Sedecias privandus oculis, qui nobilissimo Regno sub quinto Saeculi finem lucuosus exitus.

A. M. III. ccccxxvii Nabuzardan Princeps militum cum exercitu a Nabuchodonosore missus, Urbem Templumque flammis, ac ferro solo aequat. Judaels omnibus sanguine, vel arte conspicuis abducta Babylonem, numerant vero tunc Urbs in circuitu jugera L. fossis munita saxo incisae, & profundis, octo. latis pedes Geometricos jam aratri proscindenda, neque mortaliura alicui habitanda, dum Cyrus Babylonis, & Assyriorum Monarchia in suos translata Persas A. M. III. cccxxvi. solveret captivi.

8 CHRONICI TEMPLARIORUM

tatem. Judæis Duce Zorobabele ad sua remissis, qui nil morati secuto mox anno patriam repetunt curis operisque Templi, ac Urbis reparandorum non parum exercendi: sed muris hanc, & pontis carere oportebat, quousque Esdras, seu Nehemias A. M. III. CIOIXCIX. ab Artaxerxe Longimano, qui Assuerus Sacris literis, & facultatem & impendia horum etiam acciperet struendorum. Ita muri pristinis vestigiis, & ipsa Urbs sub principibus sacerdotum lentius quidem, surgebat tamen; verum denuo sub A. M. III. CIOIICCIV. ob eadem Pontificis Jesu permissum in id Artaxerxis Ochi Belli Ducem vi expugnata, tranquille per Alexandrum Magnum A. M. III. CIOIICCXXII. cui offenso Jaddus Pontifex occurrerat, intratur.

Post Alexandrum Ptolomæus Lagi Ægypti Rex, quod Judæi sibi resistere ausi fuerint, A. M. III. CIOIICCXXXIV. armis e Coelesyria in Palæstinam translatis, Sabbatho, quo hæc a Judæis non tractabantur, expugnat Jerosolymam, C. circiter hominum CIOIIC in Ægyptum abductis, sed quos filius ipsius Ptolomæus Philadelphus, postquam Sacras cum interpretibus Literas e Judæa nactus fuisset, ad sua erat remissurus, quin & Antiochus Magnus Syriæ Rex A. M. III. CIOIICCCLX. Jerosolymam præclaris ornat Privilegiis, sed Antiochus Epiphanes audiens Judæos fama suæ mortis lætatos

Urbem arnis subactam horrendis funestat
 stragibus, LXXX. mortalium cis. ferro per-
 emtis, vel vinctis A. M. III. CIOIOCCCLXXXIII.
 Iterat has calamitates post biennium A. LXXXV.
 Præfectus ab eodem submissus Apollonius
 ferro, flamma, rapinis grassatus, qui & ever-
 sis Urbis muris, Sionis castrum structuris
 roborat, & injecto præsidio; sed hoc in-
 terfecto victor hostium Judas Machabæus
 A. LXXXIX. gloriose revindicatam ingredi-
 tur Jerosolymam, everfa ipsius restituit
 mœnia, Sionem caeteraque per Judæam
 communit amplius, Syros in arce collo-
 catos ad annum subsequum obsidio stringit;
 admoveat A. XCI. urbi castra novus Syro-
 rum Rex Antiochus Eupator, offertque in
 Sion Deo Sacrificium, sed mox illius mu-
 ros everti curat.

Bacchides e Converso Regis Demetrii
 Dux. A. XCIII. caeso Jûda Machabæo, Je-
 rosolyma facile capta, & intratata munit
 iterum arcem urbesque vicinas; Jonathas
 vero frater A. M. III. CIOIOCCCLXXXIII. novis
 Urbem, ne Syrorum pueret incursionibus,
 muris circumdat. Arx autem A. XII. triennali
 obsidione coacta ad famem, se demum alteri
 Judæ fratri Simoni Machabæo dedit, circa
 Mensium Aprilis, Majique divortium cum
 choro Musicorum pompose intranda. At &
 Simone occumbente, Joannem fratrem A.
 XIX. Rex Antiochus Evergetes, aliis Syde-
 tes, Soter, Eusebes intra Jerosolymas com-

pellit mœnia, cui & Urbs, & Civium traduntur arma, mœnia diruuntur, teste Diodoro Siculo, sed denum res certis conditionibus deducitur ad pacem, eriguntur muri, & in Palaestina Judaeorum Regnum durat eo usque, donec Pompejus Magnus summus Romanae Dux Reipublicae Aristobulo Regi multum infensus. A. xci. Urbe receptus per primores, muros, tamen usque ad solum diruit, tumque Rege in vinculis abducto, Jerosolyma Romanorum facta stipendiaria. Palaestina in Provanciam redigebatur, quam dum Gabinius lege Clodia Syriae Praetor A. xcviil. ordinat, & in Juridicos V. conventus Urbibus totidem in Sedem cuilibet designatis distribuit, prima in iisdem nominatur Jerosolyma.

Verum Herodes Ascalonita Regno a Romanis donatus, ut necem Josephi fratris ab Antigono Aristobuli germano oppressi ulcisceretur. A. M. ixciaxvi. ipsum Antigonum obsidet Jerosolymae, hanc una & illum fame coactos, in suam Soziique redigit potestatem, nil tamen ultra caedes, & rapinas amplius patraturus. Permultum tamen decoris, & roboris A. xxxii. urbi accedit ab Herode isto, uti qui Regiam suam Antonia cum Arce communire studuerit, dirutos Pompeji jussu muros restituerit, ut de pluribus, iisque firmis ad quasvis subditorum seditiones receptaculis in tempore sibi provideret; cum etenim acto

in crucem vero Messia (cujus nativitas A. M. IV. CIDLIII. a Brieno collocata, sequente Lrv. inchoat Aeram Christianam nobis etiam deinceps usurpandam) Judaei a Lege sua plurimum devii, quierisque colendae ignari in Dominos cervices erigerent, tranquillam abs eis mentem sperare nec is poterat, nec ipsi Gentium arbitri Romani; unde Vespasianus coacto in bellum Judaei, cum Anno Christi LXXII. robore Romanum profectus, filium in castris reliquit Titum, qui adductis ab ortu in montem Olivetanum sex stadiis Egessippo, dimidia Teuthonicae mensurae leuca Solico, Sauberto II. cio. cubitis quadrante horae pediri ementiendis, adjunctam copiis urbem, templumque in primis commonstrat, ac ob arduum situm istorum, suos, ne quid remere adoriri vellent, animos potius, & vires e disciplina belli servarent ad tortia, hortatur; locatis dein qua visum castris, quatuor hebdomadam oppugnatione, nec fame, etsi ad humanas ventum carnes, non flammis, queis solo sequata, non suppliciorum terrore, licet jam Crucis appendendis desissent, sed ferro inauditam Judaeorum frangit pertinaciam, seu Kai. Iive VL. Id. Septembris.

Hic sanctae urbis exitium; evertitur eadem, e muro praeter Phasellum, Hippicum, Mariannem turres superesse sinitur nihil, quo vel haec cum Urbis Majestate

18 CHRONICI TEMPLARIORUM

Romanorum ad posteros loquerentur potentiam, vel necessario certe in praesidium militi receptaculo essent; sed nondum finis, & has enim A. CCXXIX. cum ceteris urbis reliquiis subruit Aelius Adrianus Imperator, quod Judaei motore Barcozba, seu Barchocheba toto Romano Imperio turmultuarentur, ut tum demum locus fieret Christi Prophetiae: *Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.* At mox idem Caesar A. C. qui sequebatur CXXX. novam eodem vestigio struit urbem Jerosolymam de se tamen Aeliam Capitolinam nuncupandam, porco saxeo Judaeorum contumeliae praecipuam in portam exposito, sed hac exclusis majorem partem monte Sion, Salomonis Palatio, sede Reginae, domo Libani, porta anguli Assyriorum arce, muris vice versa includit montem Golgotham superstructo Veneris fano, partem montis Gihon aliaque nonnulla. Christiani admissi in eadem, sed Judaei ab ingressu vetiti, cum nihilominus Anno CCCXVI. Templum aequae ac urbem in pristinum reponere statum nitentur missa per Constantinum Magnum manu quadam dissipantur, & qui apprehendi poterant, truncantur auribus, quod licet haberent easdem, veri nihilominus Messiae doctrinam audire, ac in cor admittere abaverunt.

Post decennium vertit Ethnicam, quibus utique fuit Jerosolymae faciem Diya Helena Magni ejusdem Constantini Mater, haec enim A. C. cccxxvii. pietatis ergo profecta in Palaestinam, dejecto in monte Calvariae Veneris sano, & inventa salutifera cruce filium Imperatorem perpellit, ut Jerosolymam urbem instaurari curaret: ac ei revera nova in occasum civitas debetur tota, Basilica praecipue sacrum sepulchrum, Calvariaeque montem amplexa, quam scriptis ad Macarium urbis Antistitem litteris construi jussit, piis peregrinis nostro etiam tempore frequentanda. Resurgenti haec Salvatori sacra, per Sodales Patris Seraphici actu procuratur. Nec nihil praestat Eudocia Imperatrix Leontio Atheniense Philosopho patre prognata, ac ante Regenerationis Lavacrum Athenais dicta, Conjux Theodosii junioris, & ista namque A. C. cccxxxviii. Terram sanctam adiens, muros urbis reparari, ac innovari curat, verum Chosroes Persa Syria subacta Anno C. lxxxiv. Sarbaro Duce occupat etiam Jerosolymam, Zachariam Patriarcham, & salvificae crucis lignum in Persiam abducit, xccio. Christianorum exquisitos in cruciatibus Judaeis divendit, sed vindicat haec Imperator Heraclius A. C. lxxxvii. Perfidem ingressus, depulso enim Chosroe, cum Syros filio, ac successore pactus captivos cum Zacharia, crucemque altero anno re-

IN CHRONICI TEMPLARIORUM

Romanorum ad posteros loquerentur potentiam, vel necessario certe in praesidium militi receptaculo essent; sed nondum finis, & has enim A. CCXXIX. cum ceteris urbis reliquiis subruit Aelius Adrianus Imperator, quod Judaei motore Barcozba, seu Barchocheba toto Romano Imperio tumultuarentur, ut tum demum locus fieret Christi Prophetiae: *Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat.* At mox idem Caesar A. C. qui sequebatur CXXX. novam eodem vestigio struit urbem Jerosolymam de se tamen Aeliam Capitolinam nuncupandam, porco saxeo Judaeorum contumeliae praecipuam in portam exposito, sed hac exclusis majorem partem monte Sion, Salomonis Palatio, sede Reginae, domo Libani, porta anguli Assyriorum arce, muris vice versa includit montem Golgotham superstructo Veneris fano, partem montis Gihon aliaque nonnulla. Christiani admissi in eadem, sed Judaei ab ingressu vetiti, cum nihilominus Anno CCCXVI. Templum aequae ac urbem in pristinum reponere statum nitentur missa per Constantinum Magnam manu quadam dissipantur, & qui apprehendi poterant, truncantur auribus, quod licet haberent easdem, veri nihilominus Messiae doctrinam audire, ac in cor admittere abue-
riant.

Post decennium vertit Ethnicam, quæ
 lis utique fuit Jerofolymæ faciem Diæ
 Helena Magni ejusdem Constantini Mater,
 hæc enim A. C. cccxxvii. pietatis ergo pro-
 fecta in Palaestinam, dejecto in monte Cal-
 variae Veneris fano, & inventa salutifera
 cruce filium Imperatorem perpellit, ut Je-
 rofolymam urbem instaurari curaret: ac ei
 revera nova in occasum civitas debetur to-
 ta, Basilica præcipue sacrum sepulchrum,
 Calvariaeq. montem amplexa, quam scri-
 ptis ad Macarium urbis Antistitem litteris
 construi jussit, piis peregrinis nostro etiam
 tempore frequentanda. Resurgenti hæc
 Salvatori sacra, per Sodales Patris Seraphici
 actu procuratur. Nec nihil præstat Eudo-
 cia Imperatrix Leontio Atheniense Philo-
 sopho patre prognata, ac ante Regenera-
 tionis Lavacrum Athenais dicta, Conjux
 Theodosii junioris, & ista namque A. C.
 ccccxxxviii. Terram sanctam adiens, mu-
 ros urbis reparari, ac innovari curat, ve-
 rum Chosroes Persa Syria subacta Anno C.
 dccxiv. Sarbaro Duce occupat etiam Jero-
 solymam, Zachariam Patriarcham, & sal-
 vificæ crucis lignum in Persiam abducit,
 xccio. Christianorum exquisitos in crucia-
 tus Judæis divendit, sed vindicat hæc
 Imperator Heraclius A. C. dccxxvii. Per-
 fidem ingressus; depulso enim Chosroe, cum
 Syroe filio, ac successore pactus captivos
 cum Zacharia, crucemque altero anno re-

portat Jerosolyman; haec attamen post obsidium biennii A. C. 10cxxxvi. in Hormari Saracenorum Principis (Calypham dicunt) a Mahomete Pseudo-Propheta terril manus prolalitur. Multiplicatis porro Saracenis, inque plures disjunctis exercitus, ac jam Hispaniam, Italiamque bello quasantibus, Asiatici sub Aegypto Calypha sancta potiuntur Civitate A. C. 10c1ix. Sed mox 10c1xii. Turcarum subit potestatem, quibus secundo per Aegyptium Anno C. 10c1xviii. erepta, cum subinde vires occidentis imminerent A. C. 10c1xcv. revertitur ad Turcas regnum; futura Sosmani, ut Nicaea Bithyniae Solimanni, Anthiochia, Syriae Acciani, seu Cassiani fuerant. Hanc 10c1xcviii. Crucesignati occidentales dum oppugnant, Amennas e Saracenis Aegypti Soldanus Memphi residens, nave Legatos Foederis conciliendi gratia, mittit ad Bullionium, sperabat enim viribus Turcarum fractis per Christianos, facile ad sua discessuros, citra negotium se recuperaturum amissa. Magnifice Legatos accipit in Castris Godefridus, & cum Rodohamus Apameae, seu Alapiae Satrapa venisset, Antiochenis in auxilium, spectaculo etiam, sed non ludicro recreat; cum 10ccc. Selecti Europaei, coesis duobus profligassent insuper xxvi. 10c. hostium. Saracenis ad sua reversuris Legatum Gerardum Avesnatem cum quibusdam nobilibus eadem ex ratio-

ne Bullionius adjungit. Antiochia dein Urbe dolo capta, sed castro adhucdum resistente, cum Corbagathus, seu Corbanus immanem subsidio adduxisset multitudinem, dictus Rex Jerosolymae Sosmanus, dextrae praefectus extitit aise in pugna, qua stratis plus C. CIX. suorum, victoriam, & castra omnibus cum rebus ipsam Antiochiam, & Castrum relinqui Christianis oportuit. Ut porro in Aegyptum rediere utriusque Legati, virtutis Christianorum testes oculares, Amennas coacto suorum exercitu cum Fœdus Christianorum jactaret, atque Getardum Legatum ostentaret, praeter plura, quae amiserat oppida, ipsam etiam Jerosolymanam a Turcis robur Christiani solius Exercitus ad Nicænam Antiochiam, alibi damno suo expertis, & ideo duplici conjuncto hosti se impares ratia, obtinet, ac munit. Ad est igitur A. C. CIOXCIX. foederatus Christianorum Occidentalium Duce Godefrido Bullionio exercitus, ac fixis Olivetano pariter in monte castris, urbeque cruenta xacta, qua Turcarum, qua Sarscenorum, & Civium armatorum strage potitus, Godefridum, qui utriusque primus jacto sua e Turri ponte in mare emicuit, deligit primam Jerosolymae Regem Palaestina integra, Syriaeque portione in principatus, praecipuum Jerosolymae cum Regni titulo, & sub hujus potestate Seleucia, Antiochiae, Edessae, Tiberiadis cum tota Galli-

laca, Comitatus vero Berythi, Sydonis, Caesareae, Tripolis, Joppes, & Ascalonis, dentum Praefecturas Regiae tamen obnoxias omnes dignitati partitis.

Praetoria Equitum Templi, & a quod tale iis nomen, statio fuit omnino **TEMPLUM SALOMONICUM**. Regula ordinis authographa id ipsum super omnem scriptorum auctoritatem adferente, non igitur Salvatoriana sepulchri, non alia di&ta in urbe Basilica. At non primum Jerosolymae Templum Salomonicum: constat enim ex Flavii Josephi de bello Judaico Lib. VII. Cap. XVIII. Egesippi Lib. V. Cap. IX. ac Anacephalacosi, Hartmanni Schedelii aetate II. fol. XVII. Genebrardi Lib. I. aetat. III. longe prius structum in Salem aliud, idque toto tum orbe celeberrimum a Melchisede-cho, qui & Sacerdos extiterit Altissimi, Panem, & Vinum more veterum, alias in Calvariae monte sacrificavit, regnavit simul juxta Suidam annos tredecim supra centum.

Alterum igitur Rex David designat, are in summo Moriae montis, quo loco immolandum creditur fuisse Isaacus, ab Orphamo, seu Omano Jebusaeo L. Siclis comparata, quin quo struendo evaderet expeditior, etiam complanata materialibus copiose aggestis, & impendiis, si non divino a structura inhibitus mandato universa filio post se regnatura coactus fuisset relinquere.

Ergo

Ergo Salomon loco per patrem destinato ad orientalem Urbis murum, & portam, seu Ephraim, sive postea S. Stephani super valle Josaphat, quam Cedron Torrens perluit, ex adverso montis olivarum A. M. III. cxxx. Septenni labore Templum construit magnificentissimum non ininter, sed super septena orbis miracula tantopere antiquitati celebrata. Mons Moria in ccc. & amplius cubitorum altitudinem saxeis dilatandus in quadrum fuit substructionibus, quò par ccxlcio. mortalium capaci fieret molitioni. Ortiva molis regio monti, ut supra opponebatur Olivetano, porticum velut aliæ habebat, e cujus, vel adjunctæ Australis tecto in subjectam vallem Josaphat torrentemque Cedrona nemini citra vertiginis discrimen ob altitudinem fas despicere. Meridie adsitum Palatium Salomonis Regium, ad oppositum septentrionem structuræ fuerant aliæ, & circa angulum sed serius Turris Antonia, eodem latere septentrionali viâ ducebat memoratam ad portam Ephraim in vallem Josaphat patulam. Atque tria hæc templi latera grandibus illis montis Moria substructionibus solidanda fuerant, quartum enim occidentale iis destitutum gradus duntaxat habebat, queis per objectas quatuor semitas numerosissimus populus in templum ascenderet. Tantorum moliminum impendia si quæras Prædis, Villalpandus, Sabianus Scriptores gravissimi

18 CHRONICI TEMPLARIORUM

dicent, monetam Ibericam si respiceres III. CIO. adæquasse auri millones, Summam nempe ab omnibus Europæ, Asiæ, Affricæ, Regibus quarum divitiæ cognitæ, septennio solido ægre præsentandam, nec ferendam XCIO. IOCCCCLXXX. curribus, quantum vis singulo CCLCIO. aureorum injiceres. Talis hæc, tantaque Machina per Nabuzardanum Exercitus Assyrii Principem IV. Id. Sext. eodem exitio cum urbe deposita, consurgebat postliminio sub Zorobabele, structura quidem citra comparisonem longe inferior, superior gloria priore, cum hanc nebula duntaxat, divinam testata præsentiam nobilitarit, illam ipse vivus in carne Deus doctrina, & prædicationibus suis illustraturus foret, juxta Prophetam; quare tertiam a fundamentis Herodi Ascolonitæ constructionem adsertam licet per Josephum merito controvertas.

In hoc igitur altero præsens Alexander Magnus regente Sacerdote Sacra fecit Deo altissimo, & Simon Pontifex A. M. III. CIOIOCCCLXII. muros qua labascebant refecit; quod autem neque precibus cum populo, neque lacrimis A. M. III. CIOIOCCCXXXVI. efficere quiret, alter Pontifex Simon, ne Prolomæus Philipator Ægypti Rex Sancta Sanctorum ingrederetur, impetrata e Cælo vi occulta debuit abstinere. Quod vero Templum post Alexandri tempora, Regum munificentia per amplis excoleretur muneri-

bus; Ptolomaei Philadelphi A. M. III. CIOIOCCCLXX. Antiochi, ut relatum; Seleuci A. M. III. CIOIOCCCLXVIII. Heliodorus jussu postremi hujus a Simone Beniamita, & Apollonio Phaenices Praefecto persuasi in Templum eximendorum gratia thesaurorum, A. LXX. irruens coelitus ab equite duobusque pedibus Angelis castigatur, potentiae Dei Hebraeorum praeco reversus ad Seleucum in Syriam; sed Antiochus Epiphanes anno superius memorato Sacris in templo proculcatis omnibus, & ablatiis indidem talentis IOCCC. ultra CIO. Antiochiam revertitur, mox tamen, A. M. III. CIOIOCCCLXXXVIII. Templum repurgat, & aras Judas Machabaeus, reconciliatque obsequiis Altissimi.

Quietis A. M. III. CIOIOCCCCXC. apud Judaeos rebus Antipater Idumaeus Hircanum fratrum alterum Pontificatu alioquin contentum incitat, ut Aetae Regis protectionem amplexus, fugeret in Arabiam; quare Aeta arma cotripiens Aristobulum impulsus Jerosolymae obsidet in Templo, verum a M. Emilio Scauro Syriae Praetore CCC. talentis emto abstinere, Hircanus autem, & Antipater Aristobulo jubentur subesse, quorum defensor Pompejus in urbem licet, admissus a principibus, cum plebs munimentis fisa e templo nihilominus adversaretur, istud oppugnare adortus nocte dieque alias, & alias succedere jubet legiones, sic quoque Decembre mense caeptae oppugna-

tionis dundaxat tertio die Sabbathi, quo arma ab Judæis non capiebantur, XIII. CIO. peremptis potitus Templum ingreditur, at intacta Sacra supellectile, quantumvis alii pecunias ab eo direptas velint. Non ea tamen modestia rem suam agebat M. Licinius Crassus Romanus in Parthos Dux, is enim A. M. IV. CIO. templum ingressus auferit talenta II. CIO. e sacris thesauris.

Tandem per Herodem A. M. IV. CIO. XXXV. seu deposito veteri novum a fundamentis prodente Josepho construitur sive antiquum juxta opinionem aliorum structuris augetur, & cultu, cum Judeorum in res Sacras frigeret Zelus, pietas pene nulla esset, quod & Salvator flagro expellere cogeretur illos, qui e domo orationis vendentes, ementes forum publicum, & speluncam latronum facere nil pensi duxerant. Gravior a Romanis, Titoque poena; cum enim in munimentum verteretur a Judæis, Romanus Antonia, quam Non. Sext. caeperat e Turri facem jaculatus, aut gregarius cum face sublevarus a socio, templum accendit tanta flammarum vesania, ut eam jubente, qui servare constituerat, Tito hostes aequae, ac Judæi sistere nequirent. VI. mortalium CIO. perirent ejusdem ignibus; ac istud die prorsus, mensaque lisdem, quibus per Babylonios exstiterat succensum IV. Id. Sext. Verum Adrianus dein saeviebat in Templum eousque, ut & fundamenta post

Tinum relicta e terra erueret, fanum ibidem Jovi capitolino erigeret, & ubi Sancta Sanctorum fuerant, equestrem suam Statuam excelsa super Columna S. Hieronymi temporibus adhuc spectandam statueret; sed hanc pariter, ac Jovis fanum, maternæ indulgentie pictati Magno Constantino diruit Helena, ut nil gentile deinceps contaminaret Urbem, areaque Templi Salomonici diu maneret vacua; fecerat equidem illius restituendi Judæis, ut eos facilius gentium pelliceret in errores A. cccclxiii., potestatem Julianus Apostata Imperator, & jam concurrens Jerosolymam eorum multitudo, conflatis ex argento ligonibus, bipaliis, cæterisque instrumentis fossionem urgebat strenue, ni flamma terræ visceribus erumpens, operarum aliis confunitis, cæteros ausibus desistere fecisset, sanguineis Crucibus superstitem in vestitu memorie causa relictis, cum & vociferationes præterea, tonitrua, terræ motus audiri fuissent teste Gregorio Nazianzeno.

Homarus Sacco in cilicino Jerosolymam ingressus, se ceu verum Abrahae filium, legisque ac Sacrorum Hebraicorum cultorem ad templi hujus locum voluit deferri, testandi doloris indicio ex loci tam Sacri a Christianis profanatione; unde fanum octangulum, sed ne dimidiam quidem Templi Salomonici aream opleturum, dolato e saxo, columnis, cæteroque decore

multum conspicuum curat erigi: pretiosis insuper violacei coloris picturis insignes, ac in usum rituum a suo Pseudopropheta institutorum: quod sanum Abdolmalecus Calypha Saracenorum post Mahometem XII. Aegypti, & cum Syria Palaestinae Princeps A. C. 1062. jubet Mechano, ubi sepultus Mahometes, in totum spreto, frequentari.

Ad istud tandem infusis qua per muros, qua apertas in portas, in Urbem Christianorum sub Godofrido copiis, velut princeps munimentum, confugientes Proceres, cum maxima Turcarum manu, Tancredi Normanni vim, roburque non sustinuerunt tanta edita laniena, ut xeto intra sani solummodo muros contrucidatis, profusus cruor pavementum in pedis geometrici altitudinem cooperiret, pluribusque rivis per vicos Urbis decurreret, verum electus a suis Rex Godofridus repurgatum sanum Christianis ritibus addidit, adjuncto, qui eos, procurent Sacerdotum collegio, quorum istud Capitulum, illos Canonicos dicit Ecclesia. Aedes in horum habitacula sano circumponit, dedicato peculiarem addit titulum *Templum Domini*. In hoc igitur divina obibant officia, ab eo trahebant nomen Equites militiae templi, Salomonico si verus considerares vestigium, structura tertium, vel & quartum in eodem hujus muri victoriose reportatis quovis de hoste manu-

biis decorabantur, sed perperam vel istud ipsum, vel porticum ejus quampiam incoluisse traduntur.

Habitatio etenim fuit ipsorum PALATIUM eodem hoc jure SALOMONICUM quo Templum quod Salomonici nempe areæ inaedificatum. Salomon in dicto monte Moria XIII. annorum labore sibi Regium ad australe, seu meridionale latus templi A. M. III. CIOXLII. struxit palatium muro Urbis pariter non longe abjunctum, ac prout opposito septentrionali latere via Templo, & reliquis aedificiis, ultra substructionem fuit interjecta, sic palatium isthoc temporariis, ac pluvialibus quibusdam aquis, sed australi pariter substructione, objectaque ripa saxea coercitis, & in declive vallis Josaphateae, amnemque Cedrona, cum effluxus iis alibi facile curari nequiret, provolutis, dispescebatur, structo desuper cum scalis ambulacro pro Salomonis Templum petituris opportunitate. At & hoc Palatium a Nabuzardano aequè, taceant licet Scriptores, exitio datum credimus; neque temere constabit, num & quid aedificii, eo loco steterit deinceps, quoad Godofridus primus Rex Jerosolymae Christianus sedem sibi, futurisque successoribus construeret, inferiorem quidem Salomonica, sed quae tamen par esset dignitati, modestiae una Christianae, per quam responderet. Hujus ergo pars quaedam templaris militiae

nibus minuuntur prorsus nihil; non tam igitur Itatorum exemplo, ac pio miserationis impulsu affectu potius novem Gallinobiles, Hugo de Paganis, seu Payenes ortu Trecentis e Campania Gallica; Gaudfredus de Sancto Audomaro Artesius Belgica, cujus ibidem familia ad annum usque Christi c1110cxvii. supererat; Andreas de Monte Barro S. Bernardi Abbatis Clavallensis avunculus, Gundemarus, Godofridus Korallus, Gaufridus, Bisol, Paganus de monte Desiderii, Archembaldus de S. Aniano, *) constituunt peregrinos venientes in Palaestinam, sacra ejusdem loca visitantes, reducesque ad sua deducere, tutari armis, omnemque iis praestare securitatem, in quod etiam coram Guarimundo Jerosolymae Patriarcha voto se obstringunt, pro peccatorum, ut tum vocabant, remissione; addunt huic tria alia religiosae, ac militaribus caeteris communia ordinibus: Paupertatis, Castitatis, Obedientiae vota, spondentes victuros se de Canonicorum Regularium norma, neque proprii aliquid possessuros particulatim. Eousque revera pauperes initio, ut eorum gemini unico uterentur equo, & hunc a duobus infessum pro scuto gentilitio suis in sigillis praeferrent, vestitu amicirentur, haud alio ac quem

*) C. G. АНТОН pag. 9. Odonos duntaxat nominat, unius nomen ad nostram memoriam non esse servatum asserens.

elemosynae titulo de votis a largitoribus nanciscebantur; non colore a reliquis secularibus probae notae Christianis distinguendi, non genere; conjugiorum expertes, Patriarchae jussa excipiebant. Quo vero stabili gauderent habitatione Balduinus II. neo electus Rex partem palatii Regii, quod a Godefrido structum diximus iis, quoad propriam sibi domum exstruant, concedit: addunt Abbas, & Canonici suam ipsis ad officinas construendas plateam, quod quia utrumque juxta Templum, nacti nomen sunt Militum Templi, quae ordinis primordia. Ea propter seu Milites, vel aequites, mansionem templi, aut templum unice audias, ordinem intellige generosissimorum qua Militum, qua Belli Ducum, qua Heroum, etsi loqui fas Semideorum in barbaros fulminantium Seminarium. Ne vero vivendi destituerentur viri meritissimi mediis, Rex, Patriarcha, Praesules, Proceres nonnulla de suis redditibus attribuunt beneficia; obligatione militum subinde aucta, & ad defendendos Christianae per orientem ditionis, Regnique Jerosolymitani fines extensa. Balduinus Rex insuper missis eorum geminis, Andrea & Gundemaro ad Gelasium Pontificem petit ordinem probari auctoritate Apostolica, flecti animum Papae ad suppeditanda sibi auxilia cum epistola, ad Divum Bernardum, ut is pro pietate sua Pontificem horsum incli-